

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 16: De gratia (22)

Idem (Augustinus), *contra Julianum*:

Quia
caro concupiscit adversus spiritum,
etiam baptizatis sanctis
ingerit pugnandi necessitatem.
Contra quid, nisi contra malum,
non contra substantiam, sed substantiae
vitium, Dei gratia regenerante non
imputandum, Dei gratia adjuvante
fraenandum, Dei gratia remunerante
sanandum?

Ac per hoc quinque ista vestra, in quibus
maxime terretis homines, argumenta, nec
alios poterunt perturbare, nec vos, si
credatis Ambrosio, Cypriano, Gregorio,
aliisque catholicis sanctis clarisque
doctoribus, imo vero etiam vobis ipsis,
legem peccati, quae inest hominis
membris repugnans legi mentis, qua
caro concupiscit adversum spiritum,
etiam baptizatis sanctis
ingerere pugnandi necessitatem,
contra quid nisi contra malum?
non substantiam, sed substantiae
vitium, Dei gratia nos regenerante non
imputandum, Dei gratia juvante
frenandum, Dei gratia remunerante
sanandum?

Augustinus Hipponensis, *Contra
Julianum Pelagianum*, 2 (PL 44,
col.679-80).